

Christus com-  
misi Joanni  
matrem, &  
sponsam Ec-  
clesiam.

688.  
Haymo.

Prædicator  
sæpe infert  
doctrina au-  
ditoribus.

2. Tim. 4.

689.

3. Reg. 17.

Abulens.  
Lyrano.

3. Reg. 17.

3. Reg. 1.

Prædicator  
multiplici-  
ter pro suo-  
rum salute  
infert.

caeteros, &c. ut non solum esset Apostolus, ut  
ali, nec solus Evangelista, ut aliqui; sed etiam  
Propheta, ac secretarius magnarum visionum  
torius Ecclē; ita Christus Joanni commi-  
si Matrem Virg Mariam, ut illius fieret inte-  
ger, imus custos, ac minister; commisitque illi  
sponsam Ecclesiam, ut esset fidelissimus secre-  
tarius rerum mirabilium, ac arcanorum, quæ  
ad statum ac directionem Ecclesie spectabant,  
ut illa in publicum eructaret, ac diceret, *Dono  
diligenti Domini Iesu.*

Secundo. Haymo: *Quod superius, ait, jam  
dictum est, ut scribere debeat ea, qua vidit &  
nunc iterata voce ad scribendum compellitur; &  
repetitione verbi negligentia corporis remouetur  
à studio Prædicatorum, ut qua sapius admonen-  
tur, sine tarditate impleantur. Jam superius dic-  
tum est Joanni; Scribe qua vidisti: ad quid ite-  
rum hoc ei dicitur? in repetitio e magnis af-  
f. & imperantis, ac auditorum necessitas de-  
claratur. Vide quæ dixi tom. 1. c. 15. n. 2. & c.  
17. n. 8. Deinde Joannes hic agebat personam  
Prædicatorum, ac Magistrorum, & ne aliquis  
desidia, nesciat Prædicatorum ac Magistrorum, sed  
ut urgeantur ad scribendum in cordibus audi-  
torum, quæ à Christo acceperint; & ut iterum  
ac iterum instanter, ac opportunè, ac importu-  
ne 2. Tim. 4. num. 2. doceant; ideo repetitè di-  
citur Joanni: Scribe qua vidisti.*

Parens Elias ad suscitandum filium viduæ,  
portavit ipsam in cœnaculum suum, & posuit  
eum super lectulum suum; & postquam oravit  
ad Dominum, *expandit se, atque mensus est su-  
per puerum tribus vicibus.* 3. Reg. 17. num. 1. &  
etiam ut communitur tradunt Rabini, insuffla-  
vit tribus vicibus super puerum; & tunc tra-  
didit eum matri suæ Longa quæstio exposito-  
ribus Abul. Lyrano, & aliis: cur ad primam ex-  
pansionem, seu insufflationem Eliæ, non suscitatur  
puer, sed post tertiam præcipue cum Eliæ  
uno verbo clausit cœlum. 3. Reg. 17. n. 1. una-  
que oratione deiecit ter ignem de cœlo. 3.  
Reg. 18. n. 3. & 4. Re. 1. n. 10. & 12. & tamen ad  
puerum evocandum ad vitam, sic triplicat actio-  
nes. ter expandit terque insufflavit: Eliæ erat  
Propheta, id est, Magister, ac Doctor populi; &  
hic poterit uno verbo; unaque oratione multa  
macula edere claudere cœlum ignem de cœlo  
deducere; at verò, ut unam animam e mortuam  
in peccato valeat revocare in vitam gratiæ, de-  
bet prædicator orare, ac multipliciter expan-  
dere se totis viribus; insufflareque halitum, ac spi-  
ritu oris sui, verbo, doctrina, ac documento su-  
per eam, ut ipsam ad statum gratiæ restituat  
illamque reddat matri suæ Ecclesie; ut ei per-  
petuò adhaereat, eique ex toto corde inserviat.

QUÆSTIO LXXXI.

Quare Episcopi Angeli vocantur?

690.  
Origen.

D. Hieron.

Origenis er-  
ror.

IN proprio suo significato Angelos esse ac-  
cipendos, contendit Origen, hom. 20. in  
Numer & homil. 35. in Lucam; ex quo est  
illud D. Hieron. ad initium cap. 6. Matth.  
*Angeli versantur in periculo; & nisi nos bene  
custodiant, non videbunt faciem Patris.* Sed  
hic est apertus error Origenis, nam Angeli,

ut patet Matth. 18. n. 9. *Semper vident faciem* Matth. 8.  
*Patris mei*, utpote beati: beatitudo autem est  
firma, & stabilis, & non mutationi obnoxia,  
Hieronymus autem verba Origenis transcri-  
bit, & ea improbat; ac à li- rrote se purgat  
Apologetica contra Rufinum.

Tamen certum est quod Episcopi hic appel-  
lantur Angeli, sic & c. 2. *Angelo Ephesi*, id est,  
Episcopo Ephesi In Scriptura Sacerdos Ange-  
lus dicitur, Malac. 2. n. 7. *Labia Sacerdotis custo-  
dient secretum, & legem requirunt ex ore ejus;*  
quia *Angelus Domini exercituum est.* Ubi D.  
Hier. *Angelus, ait, sacerdos verissimè dicitur, quia  
Dei, & hominum sequester est: cuiusque ad popu-  
lum nuntias voluntatem.* Sic etiam D. Paulus  
1. Cor. 11. n. 1. præcipit mulieribus; ut in Ecclē-  
siis velata habeant capita propter Angelos, hoc  
est ut exponunt D. Ansel. D. Thom. propter Sa-  
cerdotes, quibus & obedientiæ, & modestiæ  
exemplum præbere tenebantur. Dicuntur An-  
geli Episcopi multis ex causis.

Primò Angeli sunt divine voluntatis nuntii,  
& interpretes, de illaque instruunt, & docent  
homines. Si dixit Angelus Dan. 10. n. 14. *Ve-  
ni ut docerem te, qua ventura sunt in novissimis  
diebus.* Sic & Angelus pastoribus annuntiat  
Christi nativitatem, Luc. 1. n. 10. & Christus  
suis Apostoli præcipit docere omnes gentes,  
Matth. 28. n. 18. D. August. quodam de Nativ.  
*Angelus nuntiat pastoribus Verbum natum, &  
Apostoli universo mundo.*

Secundo Sicut Prælati sapientia, ac perspicacitate,  
veluti Angeli: ut de Episcopo dicitur  
illud 2. Reg. 14. n. 20 *Tu autem sapiens es, sicut  
habet sapientiam Angelus Dei, ut intelligat om-  
nia supra terram.* Ut inde possint populum in-  
struere, docere, ac illuminare. Tertio sicut  
Angeli, constantia, ac firmitate mentis, & vol-  
untatis, ut de eis dicitur illud ejusdem c. 14.  
n. 17. *Sicut enim Angelus Dei sic est, nec bene-  
dictione, nec maledictione moveatur.* Prælati  
debent esse firmi, ac constantes in bono, & in  
suorum commodo, ut à nullo labefactentur.

Quartò Angeli, ut docet D. Greg. 11. mor.  
c. 3. id est, nuntii ac ministri Dei: inde Præfules  
dicuntur Angeli; nam nuntii, & ministri est, al-  
terius personam agere, alterius negotium pro-  
curare. Et quale est hoc negotium in Angelis;  
dei honorem ac omnium salutem requirere Ec-  
cæ cur Prælati seu Episcopi Angeli, seu nuntii  
dicuntur: quia nequaquam temporalibus com-  
modis, nequaquam propriis lucris, sed Dei hono-  
ri ac suorum salutem debent invigilare. Hinc  
ait Paul. 2. Cor. 5. n. 20. *Pro Christo legatione  
fungimur.* Legati non sua, sed dominorum suo-  
rum negotia agunt: sic Apostoli, ac eorum suc-  
cessores Episcopi, non sua, sed quæ Domini sunt  
requirunt: quæ nempe spectant ad Dei gloriam,  
ac salutem populi. Huc transfero verba D. Bern.  
ep. 42. ad Arch. Senon *Fidelis Pontifex, ait, qui  
bona qualibet per manus suas transeuntia, sive  
divina beneficia ad homines, sive hominum vota  
ad Deum columbino intuens oculo, nil sibi retinet  
ex omnibus; nec populi requirit datum, sed lu-  
erum scilicet ipsius populi.* Et tandem concludit:  
*Usuras recipit, non sibi, sed Domino.*

Quintò. Quia Episcopi debent esse Angeli  
vigilantia: de illis enim præcipue dictum est  
illud Ezechiel. 3. num. 17. *Fili hominis, specu-  
latores adis te domus Israel, & audies de ore meo  
verbum,*

691.

Malac. 1.  
Sacerdos,  
Angelus;  
D. Hier.

1. Cor. 11.  
D. Ansel.  
D. Thom.

692.

Daniel. 10.

Luc. 2.  
Sacerdotum  
est, Dico  
hominibus  
nuntiare.  
D. August.

693.

Episcopi sa-  
pientia pu-  
diti.  
2. Reg. 14.  
Episcopi sa-  
pientia, &  
con-  
stantes.

694.

Episcopus  
studet non  
sua, sed su-  
orum sa-  
lutem.

1. Cor. 5.

D. Bern.

695.

Episcopi vi-  
gilantia.  
Ezech. 3.

Interpre-  
tationes nomi-  
nis Episcopi.

696.  
Episcoporum  
diligentia  
ad suorum  
salutem.  
Hebr. 11.  
Psalm. 103.

Actor. 10.  
D. Chryl.

1. Cor. 3.

197.  
Episcopi casti.  
D. August.

Episcopi ho-  
norandi.

698.

Episcopi re-  
sistant, &  
presentiali-  
ter regant.  
Ecclesiast.  
Ad Gal. 4.

D. Hieron.

699.  
Episcopi sint  
caelestes, ve-  
luti Angeli.

Arnold.

verbum, & enuntiabis eis ex me. Hic nomen  
Episcopi duas habet etymologias. Una est au-  
ctore Suida, ex Græco; & speculator qui nempe  
aliorum mores speculatur, inspicit, ac reformat.  
Alia est, ut testatur D. August. lib. 19. de Civit.  
cap. 19. quod idem valet Episcopus: ac superin-  
tendens; quasi desuper intendat, & incumbat  
subditorum; utilitati, ac reformationi. Unde  
ait ipse August. citatus: *Intelliget non esse Epi-  
scopum, qui præesse dilexit, non prodesse.*

Sextò Episcopi debent esse maxime celeres,  
ac diligentes pro cura animarum; veluti Ange-  
li De quibus Paulus 1. Hebr. n. 14. ait: *Omnes  
sunt administratorii spiritus, in ministerium missi  
propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.* Et  
Regius Vates Ps. 103. n. 4. *Qui facis Angelos  
tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem.*  
Ignem urentem propter charitatem, spiritus  
propter celeritatem. Diæctus Apostolorum tot-  
tus erat orbis; totum Paulus circuibat prædi-  
cans Judæis, & gentibus; Act. 20. n. 2. Inde de  
eo ait D. Chrylost. in proemio epist. ad Rom.  
*Qui quidem veluti volatilis præcibat tunc effectus  
omnes assidue circumibat, nusquam manens, nus-  
quam stans.* Et hom. 34. in Gen. de eo ait: *Fer-  
vidus Christi amator, & quasi alatus in universo  
orbe currens, incorporea facere studens, clama-  
bat dicens; Charius Dei urget nos.* 1. Cor. 5.  
num. 14.

Septimò. Quia castè, sanctè, & angelicè, ve-  
rè, & quasi Angeli, inter homines debent vi-  
vere Sacerdotes, ac Episcopi. Unde ait D. Au-  
gust. in serm. 249. *Omibus castitas necessaria  
est. sed maxime ministris Christi altaris, quorum  
vita aliorum debet esse erudiens, & assidua salutis  
deprecatio. Tales enim docet Dominum habere  
ministrum, qui nulla coniugatione corrumpantur.*

Octavò. quia sic venerandi, ac honorandi  
sunt sacerdotes, & Episcopi tanquam Ange-  
li missi à cœlo; & ideo Angeli vocantur, ut  
patet ex dictis in hac quæstione.

Noò. Episcopi sunt Angeli: Nam Angeli,  
seu intelligentiæ cœlos moventes, ipsi cœlis  
assunt, eisque presentes adsunt: non enim  
Angelus agit in remotum. Sic Præfules Ecclē-  
siastici, ut bene regant suam Dioccesim, ei  
adsunt, presentesque assistant: non enim agunt  
in remotum, nec è remoto bene regunt. Divus  
Paulus scribens ad Galat. 4. n. 20. ait: *Vellem  
autem esse apud vos modo, & mihi voce meam  
Volebat Apostolus suos potius verbis quam lit-  
teris instruere; optabatque sermonem contem-  
tum in Epistola. mutare in vocem presentiali-  
ter clamantem, hanc efficaciorè esse bene-  
ficiat. D. Hier. ibi ait, *Sciens itaque Aposto-  
lus, majorem vim habere sermonem, qui ad præ-  
sentes fiat, cupit vocem suam Apostolicam litte-  
ris comprehensam, in presenciam commutare, &  
quia hoc magis expediebat his, qui in errorem  
fuerant depravati; vivo eos ad veritatem tra-  
here sermone, exoptabat.**

Decimò. Valdè mirum, quod cum in præsen-  
ti sit sermo de Episcopis Asiæ non eos Præfules,  
ac Antistites vocat, sed Angelos, ut cogno-  
scant, & admoventur, talem esse eorum natu-  
ratam, ut nihil humanum sapiat, sed supercœle-  
ste, & prorsus Angelicum. Arnold. Abbas de se-  
ptem verbis Domini, sic ait. *Sacerdos spiritu vi-  
vat, spiritu ambulet, hoc est enim summum Sacer-  
dotium, ad hoc sanctitatis apicem attingere, ut*

totam se vir justus cœlestem exhibeat, moresque  
supernos.

Præscribens Deum modum Pontificiæ vestis,  
ait: *Facies & tunica super humeris totam bya-  
cintinam.* Exod. 28. n. 31. Expende, quod ad  
vestem Pontificiam nullus alius eligitur color,  
nisi cœlestis; & hoc à capite usque ad pedes;  
quia omnes ejus cogitationes, opera, ac gressus  
sint cœlestes, n hilque in eo reperitur, quod  
cœlesti non sit, ac ad cœlum & vitam æter-  
nam dirigatur. Expende illud, totam, nullam  
aliam habeat mixturam. Post Alcuinum sic  
ait Abul. ibi q. 2. *Sacerdos magnus, totus bya-  
cintinus erat: tam in capite, quam in reliquo  
corpore, quia bya incibus est color cœlestis, Sa-  
cerdos autem magnus, totus cœlestis esse debet. Ita  
capite autem, quia omnes cogitationes sua de re-  
bus cœlestibus esse debent, ita ut totum deside-  
rium sit in bona æterna. In corpore autem, quia  
in omnibus operibus tota vita beatitudine appa-  
rere debeat, quod solam vitam æternam deside-  
rabat, & inter ceteros quasi quoddam exemplar  
cœlestis vita, atque futura beatitudinis sit, ita ut  
illud Apostoli dicere possit: Cupio dissolvi, & esse  
cum Christo.* Ad Coloss. 2.

Quod etiam confirmatur ex eo, quod Deus  
dixit Moysi eodem cap. 28. *Facies vestem san-  
ctam Aaron fratri tuo. Si vestis exterior est san-  
cta & sacra, planum fit, quod interior, quod est in-  
teriorius, debet esse sanctum, & sacrum. S. Ivo  
Episcopus Carnotens. se. m. de significatione  
indument. sacerdot. *Sicut bona domus, ait, in ipso  
vestibulo agnoscitur; sic sacerdos cultu sacra-  
rum vestium ostendit exteriorius, qualis apud se  
esse debeat interiorius.**

QUÆSTIO LXXXII.

Quare, cum in hac visione plura com-  
memorentur, duo tantum Dominus  
per se ipsum est interpretatus, &  
nobis explicavit?

MULTA in hac visione referuntur de ca-  
pillis, de veste poderis, zona aurea;  
oculis, facie de voce, gladio ancipiti ab ore  
exeunte, dextera cum stellis pedibus, ac de  
candelabris, inter quæ Dominus ambula-  
bat; quæ ferè omnia sine interpretatione re-  
linquuntur, & solum duo explicantur; stellæ  
nempe in dextera, & Candelabra, inter quæ  
Dominus ambulabat, ut habetur hic vers.  
10. *Septem stellæ, Angeli sunt septem, id est  
Episcopi Asiæ, & Candelabra septem, Ecclesia  
sunt.*

Quod dubium attingit Albert. Magn. *Quæ-  
dam exposuit Dominus, ait, quædam non; quod  
ideo fecit, ne si totus liber esset planus, vilesceret  
legentibus, & in radium verteretur; & ut habe-  
remus, in quo nostrum sensum exercitaremus, &  
exercitando mereremur. Quædam Dominus per  
se ipsum est interpretatus, ut illis declaratis,  
nobis confidentiam cætera intelligendi præbe-  
ret, si enim omnia ex toto clausa forent, ea le-  
gere nos tæderet, si aperta, forsitan vilescer-  
rent: ut ergo liber vilesceret, ne etiam veniret  
in tedium, media vita tenenda fuit; quædam  
K 3 explican-*

700.  
Exod. 28.

Pont. sex in  
omnibus suis  
totus sit cœ-  
lestis.

Abulens.

701.  
Exod. 28.  
In Pontifici  
totum sit  
sanctum.  
S. Ivo.

702.

Alb. Magis

703.  
Vult Domi-  
nus nos exer-  
cere in studio  
litterarum  
divinarum.

explicantur, quædam in abdito arcana relinquantur. ut eorum exercitio, ac studio multum mereamur.

704. Plenè & genninè respondeo. Duo à Domino sunt explicata: scilicet nempe, quod essent Episcopi, Candelabra Ecclesiæ; illa enim duo maxime spectabant ad institutionem, corroboracionem, correctionem, ac consolationem illarum Ecclesiarum Asiæ. earumque Pastorum ut ipsi cum suis subditis viderent bona, in quibus tenebantur proficere, & mala, à quibus etiam declinare debebant. Deinde ut maxime nobis esset insinuata, & alta mente reposita reverentia Pastoribus debita, cum ipsi à Domino Angeli dicantur: & quæ ad hanc venerationem commendandam spectant, non alteri committit Dominus, sed ipse per se explanat.

705. Aia verò, quæ sunt in hac visione, sine expositione præ erit Dominus; quia illis duobus explicatis, poterat vir sagaci ingenio, divina gratia illustrato, studioque literarum adhibito, eorum mysticam intelligentiam, ac significacionem indagare, ac inquirere. Ait Christus Joan 5 n. 39. Scrutamini scripturas, illa sunt, quæ testimonium unum perhibent de me. Ex quo monet D. Chrysolomus 9. homil. in Genes. quod facta litera magno studio, ac labore sunt conquiritenda: Qui, ait, preciosos lapides in mari quarunt, non sedent iuxta litus maris, fluitus numerant, sed in profundum se demittunt; & ut na dicant, quæsi in ipsis abyssis descendentes assequuntur, quod tanta opera exquirant. Quamvis, qui dicitur a militatis vita huic attule-

rit illorum lapidum inventio: Vitam non magnam damna, & incommoda inferent; ex insana enim ista, & rabie, quæ est in pecuniis, innumera sequi videmus mala. In divinis autem Scripturis, & in spiritualibus, & pretiosis illis lapidibus, neque periculum suscipiari licet; nec multus est labor, sed lucrum ineffabile: tantum ea, quæ nostræ sunt, cum alacritate asseramus.

Homo ille, qui invenit thesaurum absconditum in agro; & præ gaudio illius ab- it, & vendit universa, quæ habuit, & emit illum. Matth. 13. num. 44. Vendit universa, id est, pro illo agro comparando, tradidit omnia sua, tam divitias, ac bona temporalia, quam requiem, ac quietem; nulli peperit pro tali thesauro obtinendo: & quisnam est iste thesaurus, qui in tanta æstimatione est habitus ab illo homine? Rupertus lib. 8. de Victoria Verbi cap. 26. interpretatur, Thesaurum illum esse sacram Scripturam, quàm hominibus divitiis, labori, ac quieti prætulit, & pro ejus possessione omnia alia contempsit, de illa enim dicitur Psal. 18. num. 11. desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum. Et Psal. 118. numero 72. Dilexi mandata tua super aurum, & topazion. Quod prudentissimè factum est istis hominibus. Citatus Rupertus: Hoc invento, ait, delectati, & universa, quæ habebant, venderunt, & agrum huiusmodi emerunt; ut exonerati secularibus negotiis, vacare possent, & intendere, vel meditari in lege Domini.

706. Homo ille, qui invenit thesaurum absconditum in agro; & præ gaudio illius ab- it, & vendit universa, quæ habuit, & emit illum. Matth. 13. num. 44. Vendit universa, id est, pro illo agro comparando, tradidit omnia sua, tam divitias, ac bona temporalia, quam requiem, ac quietem; nulli peperit pro tali thesauro obtinendo: & quisnam est iste thesaurus, qui in tanta æstimatione est habitus ab illo homine? Rupertus lib. 8. de Victoria Verbi cap. 26. interpretatur, Thesaurum illum esse sacram Scripturam, quàm hominibus divitiis, labori, ac quieti prætulit, & pro ejus possessione omnia alia contempsit, de illa enim dicitur Psal. 18. num. 11. desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum. Et Psal. 118. numero 72. Dilexi mandata tua super aurum, & topazion. Quod prudentissimè factum est istis hominibus. Citatus Rupertus: Hoc invento, ait, delectati, & universa, quæ habebant, venderunt, & agrum huiusmodi emerunt; ut exonerati secularibus negotiis, vacare possent, & intendere, vel meditari in lege Domini.



# CAPUT SECUNDUM ARGUMENTUM CAPITIS.

**I** OANNES ex Christi jussu scribit septem Asiæ Episcopis, quorum in hoc Capite quatuor commemorantur. Primus Ephesinus admonetur quod collapsam primam charitatem repararet; si non faciat, minatur, quod ejus candelabrum amovebit; si faciat signum vitæ ei in præmium promittitur. Secundus est Angelus Smyrnæ, & admonetur, quod sit firmus in fide ac virtute usque ad mortem, & ei promittit vitæ coronam. Tertius est Episcopus Pergami, & exhortatur, ut viriliter, ac generose se opponat Nicolaitis; minans gladium, & promittens manna absconditum, & calculum cadnidum. Quartus est Episcopus Thyatiræ; & ei dicitur ut resistat Jesabeli, docenti fornicari & vesci idolothytis, eique facienti promittitur potestas supra gentes, & stella matutina.

## PRIMA EPISTOLA.

Apoc. 2. n. 1. Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui

ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.

### VERSIONES.

Tygar. Pagn. Angelo Ephesinæ Ecclesiæ scribe.

Mariana. Episcopo Ephesi.

Arias. Angelo Ecclesiæ in Epheso scribe.

Syrus. Hæc dicit ille tenens omnia, & illas septem Ecclesiæ.

Thyatirenses Veneri, imbecilli; Sardenses Maris, laboribus quasi lassos, & dormitabundo; Philadelphiae Forti, timido; sed felicis fortunæ: Laodiceum Saturno, temerario, ac tepido.

Cur Epistolæ hæc diriguntur ad Episcopos, & non ad subditos?

Paulus valde frequenter scribens suas Epistolas, eas ad subditos ad populos dirigit, ut ad Romanos, Corinthios, Galatas, Colossenses, ac Ephesios. At hic jussu Christi non ad subditos, sed ad Prælatos, ac Antistites Epistolæ scribuntur: Angelo Ephesi, Angelo Smyrnæ, &c.

Respondet primò D. Anselmus Episcopus, ait, scribit de manu cuius subditos in peccata requirit; nec sine ejus cæmoni, subditos esse judicandos præsumit. Agebatur multa ex parte de subditorum peccatis; & tamen non illis, sed eorum rectoribus scribit Dominus: quia ille, qui præest, de suis ovis tenetur reddere rationem; eorumque crimina de manu Prælatorum requirenda sunt. Secundo ali er respondet Lyranus: Informans Episcopum, ait, qui est caput illius Ecclesiæ, informabat populum sibi subditum. Solum Episcopo scribitur, & non subditis: quia quæ superioribus dicuntur, ad inferiores derivantur, præcipue cum majorum mores sint norma minorum, & faciliè inferiores superiorum mores ebibant: deo quod Episcopis dicitur, dicitur omnibus reputatur.

Quare in singulis Epistolis dicitur Joanni, Scribe?

In singulis Epistolis dicitur Joanni, Scribe. Angelo Ephesi scribe; Angelo Smyrnæ scribe; Angelo Thyatiræ scribe. In omnibus servatur hæc forma ut ad omnes sit æqualis methodus dicendi; & in singulis dicitur Joanni, Scribe, ut fiat evidens, quod non arbitrio suo, sed Dei jussu hæc mittebantur: nam in his erant corrigendi ac arguendi Ecclesiæ Prælati, ad quod non facile quisque se introritat, nisi ex Dei afflatu, ipsoque Deo verba pictante, ut hic legimus factum; & ut etiam Joannes suis scriptis magnam reconciliaret auctoritatem, ut potè à deo e'apla. Sic Parens Elias, cum occurreret Achab descendenti ad occupandam vineam Naboth, ait illi: Hæc dicit Dominus: Ociasti, insuper & possidisti, & post hæc addes: Hæc dicit Dominus: In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. 3. Reg. 21. num. 19. Sic idem Propheta ait Regi Ochozæ: Hæc dicit Dominus: Quia misisti nuntios ad consulendum Beezebul Deum Accaron, quasi non esset Deus in Israël, ideoque sed morte morieris. 4. Reg. 1. n. 16. Hic erat frequens dicendi modus Prophetarum, ut eorum vox esset formidolosior, ac terribilior, maiorque auctoritatis: præcipue cum ad Reges dirigeretur sermo, ut scirent, quod non proprio nutu, sed Dei jussu loquebantur.

In Prælato informantur omnes subditi



T Angelo. Illa conjunctio, & præsentia cum superioribus connectit, ut fiat evidens, continuatum esse sermonem. Angelo Ephesi, Ecclesiæ scribit. Id est, Episcopo Ephesinæ Ecclesiæ scribe meo nomine, inquit Christus et huic Episcopo primo omnium scribitur, tanquam Primati ac capiti totius Asiæ, & per ipsum totique ejus Ecclesiæ scribitur; in suo Prælato, ac Episcopo, omnes ejus subditi informantur. Hunc autem Episcopum fuisse S. Theodorem, docet cum junior, ac magis recepta sententia.

Prælati à Christi virtute sustentantur.

Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua. In una qualibet epistola cuilibet Episcopo repetit aliquam circumstantiam ex his quæ vidit in superiori visione, in persona Christi, & huic Prima dicitur, qui tenet septem stellas in dextera; quia Prælati à Christi manu dependent; ejusque virtute sustentantur. Qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. Id est, qui ambulat in medio Ecclesiarum, singulorum lumen intuens, quantum luceant, ne forte sine oleo charitatis sine operibus dilectionis, fumiget fides mortua, seu mortuorum.

### QUESTIO I.

Pro his septem Epistolis ad Episcopos Asiæ, aliquot quæstiones Præliminales resolvuntur.

1. Nequam ad singulas epistolas dicitur veniamus, aliquid commune ad omnes notandum est, & primò.

Quid in istis Epistolis significetur?

Notat Alcazar, in istis septem epistolis instrui septem diversa genera conscientiarum; tum Episcoporum, cum aliorum fidelium. Primum genus est negligentium, Secundum, diligentium, Tertium, deficientium, & inconstantium, Quartum, imbecillium, Quintum, lassorum, Sextum, timidorum, Septimum, imprudentium, & tepidorum. Unde comparate possumus hos septem Episcopos, septem Planetis. Ephesinum Mercurio, bono & bene ordinato, sed remissi ardoris; Smyrnæum Soli, eximia virtutis, & omnia nubila superantis; Pergami Jovis, deficienti, & inconstanti;